Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Tandem accessi ad . S . D . N . cum munere legati-
onis, quod invitus accepi a sua S^tis^ huiusmodi
rone magna prelator, florentinorumque civium qua
urbem divinis extuli laudibus. Reliqua vero enarrabit
tibi paulus lator harum litterarum etc.

Consolatoria in morte

Cincius ro. Laurentio de prato Medico peritissimo
s. p. d. His proximis diebus venit ad me saxus noster,
qui obitum sue dulcissime genitricis, coniugis tue
femine honestissime collacrimans mihi significavit.
Enarrabat non sine singultibus et interrupta voce
suas illustres et egregias virtutes te viro, et
vetusta ac nobili suorum familia dignas. Ego vero
ipsum inspiciens, atque hunc acerbum vulnus con-
siderans, non potui continere lacrimas: cum ob
tua singularia in me merita, omnes tuos casus meos
esse putem. Ceterum in hoc communi nostro dolore, post-
quam me ipsum recollegi, et ratio ipsa imminuit et le-
nivit dolorem meum: institui has litteras ad te scribere,
ut hunc casum equo animo feras. Verecor tamen parum
absolute hanc epistolam ne de sapientia et animi tui magna-
nimitate diffidere videar. Si memineris vir cla-
rissime, quibus phylosophie preceptis ab ipsa tua ineunte